ma (colore) refert. Inuenitur ad ripas Thermodontis fluuij, & circa Amathuntē oppidū Cypri. Huius verò lapidis Amathuſij dicti multa ſunt genera. Qđ ad colorē, viret vt Smaragdus: ſed eſt obtuſior & hebetior. intus corpus habet viride, ſimilis ærugini, habetq; venas quatuor ordinū. Hæc noxia phātaſmata expellit, vt quidā fabulant. Eſt & alia magis glauca q̄ mare, ſaturatior flore & tinctura. Alia reperit in ſpelūcis montis Idæ in Phrygia, pellucidior purpura q̄ cochleæ marinæ ſanguine tingit, & vini nigricantis colori ſimilior, amethyſto ſaturatior. Nec enim vnius & eiuſdē coloris ac facultatis eſt Iaſpis: Sed hæc qdē mollior eſt & albior, quę neq; valde nitet, neq; rurſus ſplēdore deſtituit: alia verò ſimilis aquæ glaciei. Tradūt fabulatores hac ipſa pelli phātaſmata. Inuenit aūt apud Iberos & Paſtores Hyrcanos q terrā Caſpiā accolūt. Eſt & alius Iaſpis, nō valde ſplendēs, viridis.